



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

213. De diligendis inimicis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

III. Qui petit à te, da ei: & volenti mu-
tuari à te, ne avertaris. *Matth. 5. v. 42.* O-
mni petenti te, tribue: & qui aufert, quæ tua
sunt, ne reperas. Et prout vultis, ut faciant
vobis homines, & vos facite illis similiter.

Luc. 6. v. 30. & 31.

MEDITATIO CCXIII.

*Didagma XIX. De diligendis
inimicis.*

I. **A**Vdistis, quia dictum est: Diliges pro-
ximum tuum, & odio habebis inimi-
cum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite
inimicos vestros, benefacite his, qui ode-
runt vos. *Matth. 5. v. 43. & 44.* Benedi-
cite maledicentibus vobis. *Luc. 6. v. 28.* Et
orate pro persecuentibus, & calumnianti-
bus vos. *Matth. 5. v. 44.*

II. Ut sitis filij Patris vestri, qui in cælis
est: qui solem suum oriri facit super bonos
& malos: & pluit super justos & injustos. Si
enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam
mercedem habebitis? nōne & publicanā
hoc faciunt? *Matth. 5. v. 45. & 46.* Si di-
ligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis est
gratia? nam & peccatores diligentes se di-
ligunt.

ligunt. *Luc. 6. v. 32.* Si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt? *Matth. 5. v. 47.* Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester caelestis perfectus est. *Matth. 5. v. 48.*

III. Si benefeceritis his, qui vobis benefaciunt; quæ vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his, à quibus speratis recipere; quæ gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus scenerantur, ut recipiant aequalia. Verumtamen diligite inimicos vestros: benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filij Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. *Luc. 6. v. 33. 34. 35.* Estote ergo misericordes, sicut & Pater vester misericors est. *Luc. 6. v. 36.*

MEDITATIO CCXIV.

Didagma XX. De modo distribuendi elemosynas.

I. **A**Ttendite, ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in caelis est. *Matth. 6. vers. 1.*

II. Cùm